104. *Pl.* (Aggregatae velutinae) *Pantasmi:* affinis Pl. mesophyllae A. Rich. Gal., caulibus elongatis tripteris, apice dilatato in folia oblonga acutiuscula dilatato, spatha abbreviata, racemo solitario abbreviatissimo, sepalo inferiori bifido, tepalis rhombeis, labello ligulato basi utrinque angulato nervis 2 in basi lamellisque geminis, androclinii margine dentato. Insignis caule secundario subsex — septempollicari apice adeo alato dilatato, ut folium ipsum summa latitudine suprabasilari vix ter sit latius. Bracteae triangulae acutae. Spatha parva. Flores duplo minores, quam in Pleurothallide pubescenti Lindl. illis Pl. mesophyllae aequales. Sepalum superius oblongum. In monte Pantasmo in Nicaragua. Januario 1848, nec non in Segovia. Oersted.